

V. 1^a F.

(cat. 4, 10-33^b)



IV. 28.
26



DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM

AD

MEMORIAM
VIRI MAXIME REVERENDI
D N.

1710.

CHRISTOPHORI
SEYFERTHI

GORLITIENSIIUM QUONDAM PASTORIS
PRIMARI

AD INSTANTEM PROXIME MERCURII DIEM
HOR. IX. IN AUDITORIO PHILOSOPHICO

ANNIVERSARIIS SACRIS
COLENDAM

HUMANISSIME INVITAT.

8178

21

112.

4, 30.

1 4 11 2 8





Onsilium est commentatione una atque altera carmen Panegyricum illustrare, quod in nuperrime præterlapsa solennitate seculari ejusque feria tertiâ in septuaginta quinque viros confectum fuit, qui laurea in Philosophia suprema exornabantur. Et hac quidem vice res Philosophicas promam, que ab anno à condita Academia ducentesimo primo ad annum ejusdem epochæ trecentesimo primum contigerunt, quod ex illis materia laudum celebrandarum petita erat, eposque adeo ipsum commentatio in res Philosophicas inscriptum fuit. Et non dividit quidem, erit per Facultates ire. Sicque observabimus ante omnia, non unum ex membris Philosophicis fuisse, qui ex functione artium ad munus docendi sacra publicum evectus fuerit. Pertinentque in primis ad hunc censum D. Henricus Höffnerus, D. Hieronymus Kromeyerus, D. Joh. Adamus Schertzerus, D. Friedericus Rappoldus, D. Johannes Olcarius, D. Adamus Rechenbergius, D. Gottfried Olcarius. Incipitque nuper admodum coeptum seculum vel hoc ipso tempore res pares exhibere, dum easdem literas auspiciis Nutriciorum Serenissimorum missa doctrina Physica docere jubetur, D. Johannes Cyprianus. Quibus annumerandus etiam fuit, D. Joh. Benedictus Carpovius & D. Thomas Itigius, uterque etiam Prof. Theologie, tamen non statim ex ordine Philosophico Theologie in Academia profectendæ admoti sint, sed ille Diaconus primum ad D. Thomæ templum ultimus, hicque Pastor ad D. Johannem factus sit, gradatimque uterque post munera non una Ecclesiastica, quod jam significamus, munus sacrum accepit. Et quemadmodum sic in laudando M. Georgio Gottfried Webero, Lipsiensis, cui hac materia applicatur, ostensum est, quod ad Theologos ex Consilio Artium venerunt viri harum scitiis subactissimi, sic in M. Ernesto Müllero, Haynroda Thuringo patet, quod & Theologicos muneribus jam fungentes ornamenta sibi ex honoribus Philosophicis dari vel petierunt vel passi sunt. Calculationeque non difficili constat per annos quadraginta, atque ab anno adeo millefimo sexcentesimo septuagesimo primo usque ad præsentem ex personarum Ecclesiasticarum numero viginti & duas extinxisse, quæ inter Magistris Candidatos præcipuo loco renunciatae sunt publice. Factum enim id est anno millefimo sexcentesimo septuagesimo sexto in Joh. Willhelmo Oeffershusa Franco, Diacono Finsterwaldensî, & Casparo Fiedlero, Rochlitzo Misnico, Diacono in patria; anno millefimo sexcentesimo septuagesimo septimo in Christiano Gottfried Berbergen, Marisburgensî, Pastore in Breda; Anno millefimo sexcentesimo octogesimo primo in Gottfried Gebhardtensî/Schneeberga Misnico, Adjuncto Pastoris Nosocomii Lipsiensis; Anno millefimo sexcentesimo octogesimo octavo in Joh. Christophoro Besslero Bedra Thuringo vocato Pastore Zschwizensî; Anno millefimo sexcentesimo nonagesimo primo in Adamo Johanne Dorstcho, Lofavia ad Regnizium Varisco, Ecclesiæ patriæ Pastore Adjuncto; Anno millefimo sexcentesimo nonagesimo quarto in Joh. Christophoro Fiedlero, Delitzio Misnico antea Pastore Alslebenensî, tunc Diacono designato Halberstadiensî; Anno millefimo sexcentesimo nonagesimo sexto in Daniele Felschnero, Vratslavia Silesio Pastore ad Salvatorem ibidem, & Daniele Seyferto, Schneeca Varisco Pastore Groschwitzensî; Anno millefimo sexcentesimo nonagesimo septimo in Gottfried Müllero, vocato & ordinato Pastore Waltersdorffensî; Anno millefimo sexcentesimo nonagesimo octavo in Gottfried Hyllero, Pastore Wittgendorffensî per tractum Zittaviensem; Anno millefimo septingentesimo in Samuele Ackermanno, Schaffstadiensî Misnico, Pastore militiæ Potentissimi Regis Poloniarum Saxonicæ Pratoriano, & Heinrico Raulchio, Silberberga Silesio, Pastore substituto Rochsburgensî & Lunzenaviensî; Antio millefimo septingentesimo primo in duobus fratribus Crofina Silesius, Martino Friederico Krügero, Pastore substituto Mertzwiensî & Joh. Christiano Krügero, Pastore substituto Jansdorffensî & Herrnwaldensî; Anno millefimo septingentesimo secundo in Gottfried Rudorffo Podelwitzio Misnico, Pastore substituto Grosdzalzensî; Anno millefimo septingentesimo quinto in Theophilo John, Kemerswalda Misnico, Pastore substituto in patria; Anno millefimo septingentesimo septimo in Joh. Georgio Hoffmanno, Oeffershusa Thuringo, Orphanotrophii & Ergaltali Lipsiensis Pastore; Anno millefimo septingentesimo octavo in Ludolpho Philippo Hornio, Halberstadio Saxone, Pastore Olbendorffensî & Gottfried Schirizio, Rochlitzo Misnico Pastore substituto Mügelensî; & per ipsam solennitatem secularem in Ernesto Müllero, Haynroda Thuringo Pastore Brucensî, atque Georgio Noththurffensî, Brunsvicensî, Pastore Stockhemensî. Ad Communitatem juridicam spectat, per quod M. Friedericus Quirinus Gregorii Francofurtanus laudatus est. Observatum enim in eo fuit, quod per elapsum seculum jura publico in munere docuerunt ex Professore Eloquentiæ Johannes Curtius in Academia Lipsiensî, & post historiam Johannes Strauchius in Universitate primum Jenensî, mox in aliis etiam. Nec discedit ab hoc ordine rerum, quod in M. Joh. Christiano Lauen, Quedlinburgensî annotatum est, ex censu Philosophico nonnullis

p. 78

p. 9.

p. 39.

in

in Curiam Lipsiensem translatos esse. Constat enim, ex Assessore Communitatis Artium factum esse & Senatorem & Prætozem Johannem Preibisium, qui & ipse est inter Patres urbis conscriptos esse, ex Facultate tamen, ex qua in Curiam accersitus erat, non discessit, summumque hujus munus, quod Decanatum vocant, administravit. Scimusque etiam, Professionem Logicæ Aristotelicæ missam fecisse Johannem Müllerum, quum ad Notarii Primarii munus in Curiam venisset. Ad res Medicas illustrandas facit laus M. Jod. Gottfried Teutcheri. Ostenditur enim in ea magna inter Facultatem Medicam & Philosophicam conjunctio. Atque ea quum exinde percipitur, quod nemo in Gratiosam recipi potest, qui non Magister artium sit, tum ex hoc intelligi potest, quod vi constitutionum publicarum in Communitatem medicam recepti Professores Philosophici Professores maneat, quum in reliqua superiora Collegia translatos, ex Facultate pariter & docendi munere abire oporteat. Atque etiam Professores Medicis obtulit ordo Philosophicus. His satis enim artem pellendi morbos docere cepit Leonhardus Ullrinus. Et Andreas Rivinus simul quum Poeticus tum Medicus doctus Publicus singulari casu cecidisse commemoratur. Quam remanisse post alia ad intelligenda præconia M. Ernesto Georgio Goditzio, Rudolphopolitano data facit. Sed ad Philosophos propius accedemus. Sicque in Joh. Ernesto Tromlero, Schneeberga Mifnico Scholæ patriæ Collega tertio notatum est, quod conjunctissima Scholarum literarum inferiorum cum Philosophis communitio. Ad scriptasque ex hac materia laudes facilius capiendas, quam maxime proficuum fuerit, si consideretur, quod que prædicta est communitio ex tribus præcipue argumentis declarari potest. Munera enim Academica primum cum Scholasticis inferioribus simul fuerunt in Johanne Frederico, Zacharia Schneidero, Johanne Hornschuchio, Frederico Rappoldo & Jacobo Thomasio non Professoribus Philosophiæ solum, sed & Scholæ Nicolaitanæ Rectoribus, posteriorumque etiam duorum altero ante Rectoratum ad D. Nicolai Scholæ Thomanæ Conrectore, altero post Rectoratum eundem Rector. Ex scholis deinde aliarum urbium ad Communitatem Artium accesserunt nonnulli, & quidem ex Nordhalsana Andreas Rivinus, & ex Portensi Joh. Stephanus Verbehus, uterque ad Professionem Poeticam. Ad postremum ad Rectoratus Gymnasiorum non Academicorum Islebium Johannes Rhenius & Halam Saxonum Chrilianus Fredericus Franckensteinus ex Philosophis Lipsiensibus se contulerunt. In M. Joh. Gottfried Eybii laudibus animadvertentur, quod collegarum & Professorum Philosophicorum absque familia perfecta videntium fata in morte lingularia extiterunt. Exempla duo præcipue adducuntur D. Christophorus Preibisus Physices Professor & Valentinus Friderici Orientalium literarum Professor. Uterque enim sine matrimonio usque ad mortem vixit. Sed & Preibisus à condita Universitate primus, ut Rector, ex vita remotus est. Et Fridericus in comoda viduarum Philosophicarum & indigentiorum ex Natione Bavarica Studioforum testamentum paulo ante obitum imò in ipsa ferme morte fecit. Ad nova in seculo præterlapso reperta & Acta eruditorum pertinent, Autore Polyhistoro celeberrimo L. Otone Menckenio Moralium Professore Publ. anno millesimo sexcentesimo octogesimo secundo colligi cepta, & aratum referendum est ad sublevandam viduarum indigentiam occasione mortis & declarate in morte à L. Friderici, ut modo dictum est, munificentie in ætate anni millesimi septingentesimi secundi, constitutum. Quorum illa argumentum laudis fuerunt in M. Gottfried Obadia Thymo Cygnea Mifnico, hoc autem in M. Friderico Schulzio Marckkleberga Mifnico. Nec prætereundum etiam censemus, honorificam vicinis salinis rem esse, quod in Elia Andrea Henckelo memoratum est, Halensis non unos inter Professores Philosophicos hujus ævi clarissima nomina adeptos esse, Conradum nempe Bavarum, Andream Rivinum & Joh. Olearium, ut de M. Chriliano Gallo & M. Daniele Wintzero & ante alios de Christophoro Schradero nihil adjiciamus, quod non Professores, sed Assesores solum fuerunt. In quorum primo tamen etiam deprehensum est, quod M. Joh. Friderico Weinichen assignari potuit. Nam per semestre astivum anni millesimi, sexcentesimi, trigesimali secundi ob annonæ aliarumque rerum caritatem inauditam Lipsiam relinquere, alioque se conferre coactus est. De filiis Professorum Philosophicorum memoria digna visa sunt duo. In M. Abrahamo Bayero Freybergeni ostentum est, quod, quos dixi, filii Professores Philosophici facti sunt, ut & Gottfried Olearius filius Johannis post interpositum Adamum Rechenbergium Græcorum literarum professionem, quam Pater habuit, adeptus & Joh. Burchardus Menckenius Otone Moral. Prof. Publ. natus Histories docendis Parente adhuc vivo & Collega admotus est. In quibus exemplis & illud simul memorabile est, quod soli hi duo viri ex omni Professorum Philosophicorum Universitate allegari possunt, qui in qua Communitate Parentes in eadem etiam Doctores Publici deprehenisi fuerint. Alterum est, quod Philosophorum Artium filii majorem dignitatem consecuti fuerunt, quam Parentes possederunt, Consiliosque in primis in Regum & Principum aulis polluere. Vivunt enim adhuc post alios filii Andrea Rivini D. Q. Septimius Florens Consiliarius Regius & Electoralis in Provocationum judicio Dresdensi, Friderici Leibnitzii Gottfried Guillelmus, Senator Intimus Hannoveranus; Jacobi Thomasi Chrilianus à Consiliis Regis Borussiae & intimis etiam Ducis Saxonici Zizenfis. Hæcque res occurrit in Gottfried Fuchso Belgra Mifnico. In M. Gottfried Michaele Maucklichio traditum est, quod diu nonnulli in Communitate in excellentia singularium bonorum, præcipueque sæpius administrati

p. 30.

p. 27.

p. 73.

p. 41.

p. 32.

p. 13.

p. 23.

p. 36.

p. 67.

p. 65.

p. 10.

fratri Decanatus extiterunt. Pertinentque huc Joh. Friedericus, Conradus Bavarus utriusque linguae & Historiarum, Andreas Corvinus eloquentiae & Philippus Müllerus Mathematicum Prof. Publ. Nam quum propter singularem auctoritatem insignibus meritis, bonum Facultatis publicum sibi obstrinxerunt, tum ob aetatem etiam & fatorem, quae vel Facultati vel nationi suae acciderunt, conditionem odies, qui summus per totum seculum administrati ab una persona hujus muneris numerus nunc est, Decanatu functi sunt. In Candidatis honorum Philosophicorum tanquam notabile accessit p. 58. M. Joh. Friedericus Thomas Suidnicensis Silesius, quod in prima seculi Academici quanti promotione, plures Magistri facti, quam per totum seculum tertium simul renunciati sunt. Summus enim numerus seculi modo elapsi fuit quadraginta sex, qui census anno & millesimo sexcentesimo nonagesimo quarto & millesimo septingentesimo secundo annotatus est. In praesenti autem seculi solennitate, quae ad subsequens seculum referenda, summa ad septuaginta quinque excurrit. Sed & M. Danieli Stendero Lipsiensi in laudem cessit, quod Lipsienses unus duo aut plures simul Magistri renunciati sunt, quoties summis honoribus conferendis Pauegyris Philosophica celebrata est. Saneque ex novedecim promotionibus, quarum carminibus fundendis ab anno millesimo sexcentesimo & nonagesimo primo usque ad hoc tempus ipsi praesumus, non nisi duae fuerunt, nempe anno millesimo nonagesimo septimo & octavo, in quibus etiam Candidatorum numerus trigessimum superaret, nulli Lipsienses coronati fuerunt. Nec vulgare est, quod tres vel fratrum, vel cognationum conjunctiones honorum Philosophicorum summis simul affectae fuerunt. Insignis quae maxime haec re fuit promotio sexto Nonarum Maji anno millesimo sexcentesimo & trigesimo tertio celebrata. Nam creabantur quidem eo tempore non nisi septedecim Magistri. Sed erant tamen inter eos tres Finckelhusii, duo Sigismundi, & unus Gottfried omnes Lipsienses, duo Heopneri Johannes & Paulus Lipsienses, & duo Cademami Georgius Ernestus & Augustus. Acceptique argumentum p. 24. hoc in laudem M. Joh. Augustus Hanckelius Franckenhusianus. Inter durationem Professorum p. 46. Artium observaretur & longevitas Mathematicorum in M. Joh. Christophoro Meinickio Lipsiensi, p. 68. & magna varietas Ethicorum in M. Wolfigango Friderico Treschero Embtmansberga Franco. Et de Mathematicis quidem tenendum, quod Christophorus Meurerus, qui ex praecedente Seculo in jura finitum transiit tractavit hanc disciplinam usque ad annum millesimum sexcentiesimum decimum sextum per septemque solum adeo annos nostri seculi. Ab eo autem tempore Mathematici fuerunt tantum tres, Philippus Mullerus usque ad annum millesimum sexcentiesimum quinquagesimum nonum, Johannes Kühn usque ad annum millesimum sexcentiesimum septuagesimum quintum, & Christophorus Pfautzius, qui in hac ipsa solennitate non solum sed & nunc etiam post eam utinamque adhuc diu in vivis est. Mortum autem doctrinam tractaverunt publicis stipendiis tredecim Johannes Neldelius usque ad annum millesimum sexcentiesimum duodecimum; Christophorus Prebifus ad annum millesimum sexcentiesimum decimum sextum; Johannes Mullerus ad annum millesimum decimum octavum; Johannes Klingerus ad annum millesimum sexcentiesimum vigesimum secundum; Zacharias Schneiderus, ad annum millesimum sexcentiesimum trigessimum septimum; Antonius Kirchhoffius ad annum millesimum sexcentiesimum quadragessimum; Friedericus Leibnitzius ad annum millesimum sexcentiesimum quinquagesimum secundum; Jacobus Thomaeus ad annum millesimum sexcentiesimum quinquagesimum sextum; David Schwerdtnerus ad annum millesimum sexcentiesimum sexagesimum quintum; Joh. Benedictus Carpozovius ad annum millesimum sexcentiesimum sexagesimum octavum; Otto Menckenius ad annum millesimum septingentesimum septimum; Christianus Friedericus Boernerus ad annum millesimum septingentesimum octavum; Joh. Christianus Schellius usque ad initium seculi Academici quarti. In M. Gerharde Hermanno Menckenio sicutur multa semper exercenda eloquentiae occasio. Ad quam rem eo melius percipiendam observandum est, & prioribus seculi & posterioribus temporibus id contigisse. Nam in antecedente parte singulis festis solennioribus & nativitatibus & resurrectionis Salvatoris, ut & effusionis Spiritus, atque recolendae memoriae Angelicae praemittantur, quae homines Academicos ad festum eo melius celebrandum preparabant in vigiliis orationes solennes. In consequente vero parte non tam divinae, quam humanae memoriae sacrae sunt. Namque in honorum virorum munificentia praecipue de Mularum Academiae indigentia bene meritorum discreti sunt stipendiati. Et animadvertite utriusque eloquentiae insignem convenientiam! In quatuor festis orationes recitabant antiquiores. In memoriam totidem virorum Geyeri nempe, Seyfertii, Heinrici, & Riedelii, audiuntur, qui hoc tempore verbafaciunt. Et ad futurum proximè Mercurii quidem diem hora nona Virum plurimum Reverendum atque Amplissimum Dni. M. Christophorum Seyferium Gerslitzensium quondam Pastorem primarium oratione anniversaria celebrabit Vir Juvenis pereximius & eleganter doctus, Gottlob Balthasar Dierrius, Gerslitzio Lusitana, quod consistit ab eo pensione pecuniaria hoc anno fruitur. Quam rem ut Magnus Academiae Rector, Viri-vus, Republicae Proceres una cum nobilissimis Dni. Studiosi benevola & attenta praesentia honorare ne dedignentur, reciproca obsequia atque studia polliciti his ipsis officiosissime rogamus. P. P. Festo Trinitatis A. R. S. M. DCC. X.

LIPSIÆ, Typis IMMANUELIS TITII

Yc 6897

2^o

III




5b.

1077

n. l. u





ecologiae denotentur, qua vo-
fophiae? Quum enim Docto-
vel in Iurisprudentia aut Me-
Philosophiae plane nullum in
ui qua ratione excludi possint,
bus, Magistrisque, ab ipsa ori-
non video. Tertiae sententiae,
agnoscitur, aliquid verifibef-



ocios, iudice IOANNE FRIDERICO, (t
ctrinae eruditae voluerunt, ex horum
constat, ita, vt inter vndecim pri-
urra, qui non Maioris Principum
tur omnia, quae ob spatii angustiam
dubitationem positam esse, apparebit.
patris mei nomine sincera mente pre-

IV. 28.
26



DECANUS
COMMUNITATIS ARTIUM
AD
MEMORIAM
VIRI MAXIME REVERENDI
DN.
CHRISTOPHORI
SEYFERTHI
GORLITIENSII QUONDAM PASTORIS
PRIMARII
AD INSTANTEM PROXIME MERCURII DIEM
HOR. IX. IN AUDITORIO PHILOSOPHICO
ANNIVERSARIIS SACRIS
COLENDAM
HUMANISSIME INVITAT.

1710.

112.

4,30.

1 6 11 20 8

